

utitur eo: aut propter scriptum, & sic fruitor eo, ergo frui est actus, quo Deus diligitur propter se. Ad istud respondet, Dico quod aliquæ autoritates dicunt quod frui est actus voluntatis, quo fruitor bono propter se: & alique quod est delectatio in æquens hunc actum. & alique, quod comprehendit utrumque, videlicet actum & delectationem: Sumitur enim pro actu, cum in libro 83. quæstionum loquitur Augustinus: Omnis peruersio est vitio fruendis, & frui vitio peruersio: autem est actus, in quo est malitia quia voluntaria est delectatio autem non est voluntaria. nam talem actum, qui est boni propter se, necessario sequitur delectatio. Item cum ait primo de doctrina Christiana: Frui est amore inhærenti alicui propter se. Inhærentio nanque est actus, non delectatio: quia si esset delectatio, non esset ipsa inhærentio obiecti propter se: relata tamen ad obiectum, quia delectatio formaliter est ab obiecto, & non relata ad obiectum, vt ad finem. Sumitur quoque frui pro delectatione, cum primo de trinitate scribit Augustinus: Gaudium est frui trinitate. Accipitur etiam prout includit vtrunque, ab Augustino dicente. Fruimur cognitis, in quibus voluntas delectata quiescit. ¶ Si autem queratur, cui nomen fruitionis primo conueniat: dico quod hoc non habetur nisi ex modo loquendi grammaticè. Dicunt enim grammatici, quod frui consistitur cum ablatiuo ex vi transitionis, cum dicitur, fruimur Deo. Ideo ex modo loquendi sumitur magis, pro actu transeunte in Deum, sed delectatio in Deo significat quietationem magis, quam passionem, hec Scotus.

¶ Qui insuper circa hæc scribit: Sicut in intellectu sunt duo actus, quorum vno assentitur vero propter se, & est intellectus principiorum: & alius quo assentitur vero propter aliud, vt est veritas conclusiois, dependens ex veritate principij sic in voluntate sunt duo actus, quia ut dicitur 6. Ethicorum, quod in intellectu est affirmatio, & negatio, hoc in voluntate est prosequi, & fugere. Vnde in voluntate est vnus actus, quo assentitur, vel adheretur bono propter se: & alius, quo propter aliud. Veruntamen differentia est circa intellectum, & voluntatem, quæ tum ad duos hos actus, quoniam duo illi actus intellectus ex natura obiectorum sunt tales, ideo limitatur ad certa obiecta, ut intellectus ad principia, scientia ad conclusiones. Hinc intellectus est immediatum, scientia mediatorum. Actus autem voluntatis non est ex natura obiecti, sed voluntatis elicientis. Nam voluntas potest velle bonum quod est bonum propter se, propter aliud, & e conuerso. Ideo duo actus isti voluntatis non requirunt determinata obiecta, sed ad omnia volubilia se extendunt. Insuper actus intellectus sufficienter diuiditur per actum assentiendi vero propter se, & per actum assentiendi de vero propter aliud: sed velle bonum propter se, & velle bonum propter aliud, non necessario nec sufficienter diuiduntur actum voluntatis. quod ostenditur sic, Ponatur quod aliquid ostendatur voluntati sub ratione boni, sed non ostendatur quale sit bonum, volentis circa bonum illud potest habere actum non necessario inordinatum: ergo nec actum ultra referendum, nec ibi fingendum: quia si haberet actum vltèrius referendum, vt eretur bono illo, scilicet appenderet illud, vt bonum ad finem, cum posset conuincere, quod sit bonum propter se. Si autem haberet actum ibi sitendum, tunc fruereur illo, cum tamen posset contingere, quod sit bonum propter aliud. Hæc Scotus.

¶ Porro quod in verbis præhæntis dicit delectationem non esse necessariam, non videtur intelligendum quod duplicem autem profrus inuoluntaria sit, sed quia natu-

raliter sequitur actum tam contententem quia vt 8. Meaphysicè sua Auicenna testatur, delectatio est coniunctio conuenientis cum conueniente, quæ ex huiusmodi coniunctione oritur. Nam decimo Ethicorum habetur, quod operationes habent delectationem in nexa specie differentes, sicut & operationes.

¶ Postremo ad intelligendum phabita, aduertenda sunt, quæ circa hæc scribit Albertus Magnus: Frui inquit, est actus affectus seu voluntatis, sequens actum intellectus secundum quod huiusmodi. Verum, non accipitur vt tantum in speculatione remaneat, quoniam speculatio de se non ponit inhærentionem, sed potest esse per distantiam rei a speculate, fructus vero ponit unionem, & gustum dulcedinis substantialis interius, fundatur in rei complexione, atque natura. Hinc perfectio inhærentionis in fructu, est penes actum voluntatis. Quod si queratur, Cur ergo frui non denominatur a uoluntate, sicut proprii actus potentiarum: communiter denominatur a suis potentijs, vt videre a visu, intelligere ab intellectu: dicendum, quod duplices sunt actus potentiarum. Quidam enim sunt actus ipsarum secundum ipsas, prout referuntur ad sua obiecta absolute, & illi denominantur ab ipsis potentijs, vt videre, audire &c. Quidam verò actus sunt in potentijs, secundum quod vna ordinatur ad aliam, & tunc aliquid præcedens remanet in ratione, actus sequentis virtualiter, & tales actus quod sunt in ordine cognoscitiuarum adinueniuntur tantum, vt scire, credere opinari. Scire enim est actus rationis, secundum ordinem ad intellectum. Quandoque autem sunt in ordine motuarum ad elicitus, sicut eligere, vt, frui, & illi non possunt ab vna denominari, quia non sunt vnus potentie absolute, sed vnus secundum quod est ordinata ad alias. Iterum queri potest, cur frui diffinitur per amorem, cum tamen requiratur ad inhærentionem perfectionem, videlicet visio speciei, comprehensio per substantiam, & inhærentio per amorem. Præterea, omne peccatum separat nos a Deo, ergo per oppositum ois virtus coniungit Deo: ergo omni virtute contingit nos Deo inherere, & non tantum amore. Respondendum, quod solus amor, quod charitas est, perfectam causat inhærentionem, cum sit completus fruitionis, specialiter ponitur in diffinitione ipsius. Aliæ verò virtutes, quamuis disponant ex parte subiecti, non tamen complent fruitionem, quod sic visio dicit euerfessionem super præsentia tantum, comprehensio autem, quæ succedit spei, dicit adherentiam: sed amor eo quod est vita stringens, & actum mobile, penetransque amat, vt Dionysius ait, dicit inherentiam. Itaque ad hoc, quod virtus ponatur in diffinitione fruitionis, non sufficit, quod simpliciter coniungit nos deo. Est enim duplex coniunctio, puta per meritum, & quasi per quedam cõtractum. Primo modo ois virtus Deo coniungit. Sed per cõtractum ipsa est tripliciter coniungit coniunctio, scilicet per pleniã: quod est, dum intellectus attingit rem in sua essentia, sed non necessario tenet, ac habet eã, vnde assimilati contactu mathematico, in quo tunc ultima ætægentium simul sunt. Secunda est quasi per adherentiam, & tenentionem, & hæc est tactus eius, quod succedit spei, assimilaturque tactui cõpactorum. Tertia est per inherentiã, quod vni quasi ingredit alterum, & corahit impressiones, & affectiones, a natura ipsius. Et hic est tactus amoris, & assimilati quasi tactui naturalij, in quo tunc gentia imprimunt subiuicem suas proprietates. Porro primus modus coniunctionis, quod est per meritum, est vt materialis dispositio ad fruitionem. Secundus verò, & tertius propinquè se habent ad eam, sed quartus est completius ipsius. Hæc Albertus.

¶ Nunc instantiæ sunt soluendæ, & quarum primam

Auicenna.

Albertus.

Questio.

Potestariã aut duplices sunt actus.

Questio.

Frui cõue niẽtis diffinitur per amorem.

Duplex Dei & hominis coniunctio.

Soluuntur obiecta.

Auguſti.

Auguſti.

Questio.

Philoso.

Aristo.

Dionysius carthufi.